Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sposuit mihi pr̃ meus reg
nũ ut edatis et bibatis sup
mensã meã in regno meo et
sedeatis sup thronos iudica
tes duodecim tribus israhel
Ait aũt dñs. Symõ symon
ecce sathanas expetiuit vos
ut cribraret sicut triticũ.
Ego aũt rogaui pro te ut non
deficiat fides tua. et tu aliquando
conuersus cõfirma fr̃es tuos.
Qui dixit ei. Domine tecũ paratus
sũ et in carcerẽ et in mortẽ
ire. Et ille dixit. Dico tibi pe
tre. nõ cantabit hodie gallus
donec ter abnegas nosse me.
Et dixit eis. Quãdo misi vos
sine sacculo et pera et calcea
mentis. Numquid aliquid defuit
vobis. At illi dixerũt. Nihil.
Dixit ergo eis. Sed nũc qui
habet sacculũ tollat sibi et peram.
Et qui nõ habet vendat tunicã
suã et emat gladiũ. Dico enim
vobis. quia adhuc hoc quod
scriptũ est oportet impleri in
me. et cum iniquis deputa
tus est. Etenim ea que sunt de
me finem habẽt. At illi dixerũt.
Domine ecce gladij duo hic. At
ille dixit eis. Satis est. Et e
gressus ibat secũdũ cõsuetudi
nem in montẽ oliuarũ. Se
quti sũt eũ et discipuli eius.
Et cũ peruenisset ad locũ dixit
illis. Orate ne intretis in tem
ptacionẽ. Et ipse auulsus est ab
eis. quasi iactus est lapidis et
positis genibus orabat dicẽs.
Pr̃ si vis transfer calicẽ istũ a
me. Verũtamen nõ mea vo
luntas sed tua fiat. Apparuit
aũt illi angelus de celo confor
tans eũ. Et factus in agonia p
lixius orabat. et factus est su
dor eius sicut gutte sanguinis
decurrentis in terrã. Et cũ sur
rexisset ab oratione. et venisset
ad discipulos suos. inuenit
eos dormientes p̃ tristiciã. Et
ait illis. Quid dormitis. Surg
ite orate. ne intretis in temp
tacionẽ. Adhuc eo loquente.
ecce turba et qui vocabatur
iudas unus de duodecim antece
debat eos. et appropinquabat
iesu ut oscularetur eũ. Iesus
aũt dixit ei. Iuda osculo filiũ
hominis tradis. Videntes aũt hi
qui circa ipsum erat quid futurũ
erat dixerunt ei. Domine si percu
timus in gladio. Et percussit u
nus ex illis seruũ principis
sacerdotũ. et amputauit illi
auriculã eius dexterã. Respõ
dit aũt ihs ait. Sinite usq; ad
hoc. Et cũ tetigisset auriculã
eius sanauit eũ. Dixit autẽ
ihs ad eos qui venerat ad se
principes sacerdotũ et magis